Incipit narracio beati iheronimi preſbiteri de monacho malcho.

Qui nauali prelio dimicaturi ſunt ante in portu et ī tranquillo mari flectunt gubernacula. remos trahūt ferreas manuꝫ et vncoꝫ preparant diſpoſitum qꝫ ꝑ tabulata militem pendenti gradu et labenti veſtigio ſtare firmiter aſſueſcunt vt quod in ſimulato pugne didicerint in vero certamine nō ꝑtimeſcant Ita et ego qui diu tacui ſilere quippe me fecit cui meuꝫ ſermo ſuppliciū eſt prius exerceri cupio ī ꝑuo oꝑe et veluti quandā rubiginē lingue abſtergere vt venire poſſim ad hiſtoriam latiorem Scribere enim diſpoſui ſi tamen dominus vitam dederit et ſi vituꝑatores mei ſaltim remotum me clauſum qꝫ ꝑſequi deſierint ab aduentu ſaluatoris vſqꝫ ad noſtram etatem id eſt ab apoſtolis vſqꝫ ad huiuꝫ temporis fecem quōdo et ꝑ quos criſti eccleſia nata ſit et adulta ꝑſecucionibus creuerit martirijs coronata ſit et poſtquā ad criſtianos principes venerit potencia quidem maior et diuicijs ſed virtutibꝰ minor eſt facta verū hoc alias nūc quod īminet explicemus.

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

Araonis triginta ferme milibus ab an
tiochia vrbe ſirie haut grandis viculꝯ ad ori
entem diſtat hic poſt multos dominos vel pa
tronos dum ego adoleſcētulus morarer in ſi
ria ad pape euagrij neceſſarij mei poſſeſſionē
deuolutus ſum Quem idcirco nunc nomina
ui vt oſtenderem vnde noſſem quod ſcriptu
rus ſum .

Rat ſenex quidā nomine malchus quē
nos latini regem poſſumus dicere ſirꝯ
rus natione et lingua et vt rebar eiuſdem lo
ci indigena . anus ꝗꝫ in eius contubernio val
de decrepita et iam morti proxima viſebatur
Tam ſtudioſi ambo religionis et ſic eccleſie
limē terentes vt zachariā et eliſabeth de euuā
gelio crederes niſi ꝙ iohānes in medio nō erat
De hijs cum curioſe ab accolis quererem qꝫ
nam eſſet eorum copula matrimonij ſangui
nis aut ſpiritꝯ Omnes voce conſona ſanctos
ac deo placidos ⁊ neſcio mira que reſpondebāt
Qua cupiditate illectꝯ adorſus ſum hominē
et curioſius ſciſcitans rerum fidem hoc ab eo
accepi . . .

Go inquit mi nate methibeni agelli co
lonus ſolus ꝑntibus ſui Qui cum me quaſi
ſtirpem generis ſui et heredem familie ſue ad
nuptias cogent monachum me eſſe velle reſ/
pondi Quātis pater minis quātis mater blā
dimētis proſecuti ſunt vt pudiciciam ꝑderem.
Hec res ſola iudicio eſt ꝙ ⁊ domum et paren/
tes fugi Et quia ad orientem ire nō poteram
propter vicinam ꝑſidam et romanorum mili
tum cuſtodiam ad occidentem verti pedē pau/
xillulum neſcio quid portans viatici quod me
ab īopia tantū defenderet Quid multa Per
ueni tandem ad heremum calcidos que inter
ymmas et beriam magis ad auſtrum ſita eſt
Ibi reptis monachis eorū me magiſterio tra
didi manuū labore victum queritans laſciuiā
qꝫ carnis refrenās ieiuniȷ̈s Poſt multos an/
nos incidit michi cogitacio vt ad patriam ꝑ/
gerem et dum adiuueret mater iam enim pa
trem mortuum audieram ſolarer viduitatē
eius et exēplum venundata poſſeſſiuncula ꝑ/
tem erogarem pauperibus ex parte monaſte
riū conſtruerem quid erubeſco īfidelitatē con
fiteri ꝑtē īſumptuū meorū ſolacio reſeruarē

Clamare cepit abbas meus diaboli hanc eſſe temptationem et ſub honeſte rei occaſione antiqui hoſtis aſtucias hoc eſſe canem reuerti ad vomitum ſuum multos monachorum eſſe deceptos nūq̄ diabolū aperta fronte ſe prodere Proponebat michi exempla de ſcripturis plurima inter que illud abinicio q̄ adam q̄ꝫ et euam ſpe diuinitatis ſupplantauerit Et cum pſuadere non poſſet prouolutus genibꝰ obſecrabat ne ſe deſererem ne me perderem ne aratrum tenens poſtꝰ tergū reſpicerē Ve michi miſero vici peſſima victoria reputans illum non meam vtilitatem ſed ſuum ſolacium querere Proſecutus ergo me de monaſterio quaſi funus efferet Et ad extremum vale dicens Video te inquit fili ſathane notatum canterio Non quero cauſas excuſacionis non recipio. Ouis que de ouili egreditur lupi ſtatim morſibus patet.

E Seria ediſſam per gentibus vicina ē publico itineri ſolitudo per quam ſarracenorum incertis ſp ſedibus huc atq̄ꝫ illuc vagātur Que ſuſpicio frequenciā in illis locis multorū cōgregat vt iminēs piculū auxilio mutuo declinetur Erat in comitatu meo viri ac fe-

ſenes iuuenes puuli circiter numero .lxx. Et ecce ſubito equorū camelorū qꝫ ſeſſores iſmahelite irruūt crinitis et uittatis capitibus ac ſeminudo corpe pallia ꝛ latas gallicas trahentes pendebant ex humero pharetre ꝛ laxos arcus vibrantes haſtilia longa portabant Non enim ad pugnādum ſed ad predandū venerāt Rapimur diſſipamur ꝛ in in diuerſa diuidimur Ego enī poſt luninio hereditarius poſſeſſoꝛ et ſero mei conſilij penitens cum altera muliercula in uniꝰ heri ſeruitutem ſortitus venio Ducimur ymmo portamur ſublimes in camelis et per vaſtam heremū ſꝑ ruinam timentes heremus potius ꝙ ſedemus Cibꝰ ſemicrude carnes et lac camelorū potus erat

Tandem grandi amne tranſmiſſo peruenimus ad interiorem ſolitudinē vbi dominā eiuſqꝫ liberos ex more gentis adorare iuſſi flectiꝰ ceruices Hoc quaſi clauſus carcere muto habitum id eſt nudus ambulare diſco Nam aeris intemperies preter ī pudiciciā nichil aliud velari patiebatur Traduntur michi paſcende oues et in malorum comparione hoc fruor ſolacio ꝙ dominos meos et con

ſeruos rariꝰ video Videbar michi aliquid habere ſancti iacobi recordabor ⁊ moyſi ꝙ ipſi ī heremo pecorum quōdam fuere paſtores Veſcebar recenti caſio et lacte Orabam iugiter et canebam pſalmos quos in monaſterio didiceram delectabat captiuitas mea agebam qꝫ dei iudicio gratias ꝙ monachum quem ī patria ꝑditurus fueram in heremo inueniſſem O nichil vnq̄ tutum apud diabolum o multi ⁊ ineffabiles eius inſidie Sic ig̊ me latentem inuenit niuidia dominus videns gregem ſuum creſcere nichil qꝫ in me deprehendens fallacie ſciebam enim appoſtolum precepiſſe dominus ſic quaſi deo ſeruiendum ⁊ volens me remunerare quo fidum ſibi magis faceret tradidit michi illam conſeruam meum aliquādo captiuam Et cum ego refutarem dicerem qꝫ me criſtianum nec michi licere vxorem viuentis accipere ſiquidem captus nobiſcū vir eius ab alio domino fuit abductus herus ille placabilis in furorem verſus euaginato me cepit petere gladio ⁊ niſi feſtinus brachio tenere mulierem preoccupaſſem ilico meum fu-

diſſet ſanguinem

Am venerat tenebroſior ſolito et michi
nimium matura nox duco in ſpeluncã
ſemirutam coniugem nouam et pro-
nubente nobis triſticia vterqȝ deteſtamur al-
terutrum nec fatemur Tum vere ſenſi capti-
uitatem meam proſtratuſqȝ humi monachũ
cepi plangere quẽ perdebã dicens Huccine mi-
ſer ſeruatus ſum ad hoc mea ſcelera pducere
vt in caneſcẽte iam capite virgo maritus fie-
rem Quid prodeſt patriam parentes rem fa-
miliarem contempſiſſe pro domino ſi hoc fa-
cio quod ne facere illa contempſi niſi ꝙ forte
propterea hec ſuſtineo quia rurſus patriam
deſideraui Quid agimus anima Perimus
an viuimus Exſpectamus manum domini
an proprio mucrone confodimur Verte in te
gladiũ tua magis mors timenda ꝙ̃ corporis
ẽ habet ⁊ pudicicia ſeruata martiriũ ſuũ Ia-
ceat ĩſepultꝰ criſti teſtis ĩ heremo ipſe michi

ero et pſecutor ⁊ martir Sic fatus eduxi in te
nebris micantem gladium et acumine contra
verſo Vale īq̄ infelix mulier habeto me mar
tirem potius q̄ maritū Tunc illa prouolu/
ta pedibus meis p̄ iheſum ego inquit p̄ huiꝰ
hore neceſſitatē rogo ne effundas ſanguinē tu
um vel ſi mori placet ī me primū verte mu
cronem vt ſic nos potius coniungamur Etiā
ſi vir meus ad me rediret ſeruarem caſtitatē
q̄ me captiuitas docuit vel interirem anteq̄
pderem Cur moreris ne michi iūgaris Ego
morerer ſi iungi velles Habeto ergo me con/
iugem pudicicie et magis aīe copulam amato
q̄ corpis Sperent domini maritum tricius
nouerit fratrem facile pſuadebimus nuptias
cum nos viderint ſic amare Fateor obſtupui
et āmiratus virtutē femine ꝯiuge plus ama/
ui nūq̄ tamen nudum illius corpus intuitꝰ
ſum numq̄ carnem tetigi timens in pace per
dere quod ī prelio ſeruaueram Transeunt ī ta
li matrimonio dies plurimi amabiliores nos
dominis fecerant nuptie ſimulate nulla fuge
ſuſpicio Interdum et menſe toto aberam fi
dus gregis paſtor p̄ ſolitudinem

Poſt grande interuallum dum ſolus in
heremo ſedeo et preter celum terrã nil
video cepi mecũ tacitus voluere et inter mul
ta monachorũ q̃ contubernia recordari maxi
me qꝫ vultus patris mei qui me erudierat te
nuerat ꝑdiderat ſic qꝫ cogitans aſpicio formica
rum gregem anguſto calle ferve videns onera
maiora q̃ corpa alie herbarum quedam ſemi
na forcipe foris trahebant alie egerebãt humũ
de foueis et aquarũ meatus aggeribus exclu
debant Ille vẽture hyemis memores ne ma
defacta humus herbam in horrea verteret il
le ſemina precidebant hee lucti viris celebre
corpa defuncta portabant Quodqꝫ magis mi
rum eſſet in tanto agmine egrediens non ob
ſtabat intrantibus qui potius ſi quã ſuffocaſ
ſe vidiſſent ꝛ onere cõcidiſſe ſuppoſitis hume
ris adiuuabant Quid multa Pulchrũ michi
ſpectaculum dies illa prebuit Unde recordat⁹
ſalomonis ad formice ſolerciam nos mitten
tis et pigras mentes ſub tali exemplo ſuſcitã
tis et monaſterij cellulas querere ac formica
rum illarum ſollicitudinem deſiderare vbi la
boratur in mediũ et cum nichil cuiuſq̃ pro
prium ſit omnium omnia ſunt Regreſſo ad

cub ſle occurrit mulier triſticiam animi vul-
tu diſſimilare non potui Rogat cur ita exani
matus ſum audit cauſas hortor ad fugam nō
aſpnatur peto ſilenciū ſep̄a fidem tribuit et iugi
ſuſurrio inter ſpem et metum medij fluctu
amus Erant michi in grege duo hirci mire
magnitudinis Quibus occiſis vtens facio eo
rum qꝫ carnes viatico preparo et primo veſ-
pe putantibus dominis ſecreto nos cubitare
inuadimus iter vtens et ptem carniū portā
tes cumqꝫ pueniſſemus ad fluuium nam de-
cem milibus aberat inflatis et accenſis vtri
bus s aquis credimus paulatim pedibus ſub-
remigantes vt deorſum flumine deferente et
multo longius q̄p condeſcenderamus in alte-
ram nos exponente ripam vt veſtigium ſub
ſequentes perderent Sed inter hec madefacte
carnes et ex pte lapſe vix tridui cibum pollice
bantur Bibimus vſqꝫ ad ſacietatem futu re
nos ſiti preparantes Currim9 poſt tergum
ſemper aſpicimus et magis noctibus promo
uemur vel propter inſidias late vagancium
ſarracenorum vel propter ardorem ſolis nimi
um Paueo miſer eciam referens ⁊ iam ſecu
rus toto tamen corpore perhorreſco . .

Oſt diem tertiū dubio aſpectu procul
reſpicimus duos camelis ſedentes ve-
nire concite ſtatim qȝ meus mali preſaga pu-
tare dominū meditari mortem ſolem cernere
nigreſcentem Dumqȝ timemus et veſtigijs
per harenas nos proditos intelligim⁹ offer-
tur ad dexteram ſpecus longe ſub terra peen-
etrans Igitur timētes venenata animalia ſo-
lent quippe vipe reguli et ſcorpiones cetera qȝ
huiuſmodi feruorem ſolis declinātia vmbrā
petere intramus quidem ſpeluncam ſed ſtatī
in ipſo introitu ſiniſtre nos credimus fouee
nequaꝙ̄ vltra progredietes ne dum mortem
fugimus ī curramus mortem illud qȝ nobiſ-
cum reputantes ſi iuuat domin⁹ miſeros ha
bemus ſalutem ſi deſpicit peccatores habem⁹
ſepulcrum Quid putas nobis fuiſſe animi
quid terroris cum ante ſpecum haut procul
ſtarent dominus et conſeruus et veſtigio in-
dice iam ad latebras perueniſſent O multo
grauior expectata ꝙ̄ illata mors Rurſus cum
timore et labore balbutit et lingua quaſi cla-
mante domino mutire non audeo Mittit
ſeruum ſuum vt nos de ſpecu protrahat ipſe

hat ipſe camelos tenet et euaginato gladio noſ
trum exſpectat aduentū Interia ferme trib9
vel quatuor cubitis ītrogreſſo famulo nobis
ex occulto tergum ei9 videntibus nā oculorū
iſti9 modi natura ē vt poſt ſolem vmbras in
trantib9 ceca ſunt omīa Vox ꝑ antrum ſonat
exite ſputtiferi exite morituri Quid ſtatis
quid moriamini Exite dominus vos vocat
Ad huc loquebatur et ecce ꝑ tenebras aſpici-
mus leenam inuaſiſſe hoīez et guture ſuffoca
to cruento intro trahere Iheſu bone quid no
bis tūc meroris quid nobis gaudij fuit Spec
tabam9 hoſtem noſtrū perire domino neſcien
te Qui cū videret illū moras facere ſuſpica-
tus duos reſiſtere vni ſed et iram differre non
valens ſicut tenebat gladiū ad ſpelūcam venit
a clamore rabido ſerui īcrepās ſecordiā pri9 a
fera tentus eſt ꝙ̄ noſtras latebras preteriret
Quis hoc credēt vmꝙ̄ vt ante os noſtrū pro
nobis beſtia dimicaret. ſublato autē illo metu
ſimilis ante oculos noſtros verſabatur inte-
ritus niſi ꝙ tucius erat leonis rabiem ꝙ̄ irā
hominum ſuſtinere Pauemus intrinſecus
et ne mouere quidem nos auſi preſtolamur
euentū rei inter tanta vero pericula pudicicie

tamē pro muro conſciētie ſepti leena inſidias
cauens ⁊ viſam ſe eſſe ſentiēs apprehenſum
morditus catulū matutina effert nobis qꝫ ce-
dit hoſpitiū Neqꝫ tamē ſatis creduli ſtatim
erupimꝰ ſed expectamꝰ diu et egredi cogitan
tes illius nobis ſꝑ figuramus occurſū Sub
tali ergo terrore ⁊ illa die trāſacta eximus ad
veſpam videmꝰ qꝫ camelos quos ob nimiā ve
locitatē dromedarios vocant ꝑ ceteritos cibos
ī ore reuoluere ⁊ in aluo miſſos iterū retrahe
re Quibꝰ aſcenſis ⁊ noua ſiſtharcia refocilla-
ti decia tandē die ꝑ deſertū ad romana caſtra ꝑ
uenimus Oblati qꝫ tribuno rei ordinem pan
dimus Inde tranſmiſſi ad ſabinianū meſo-
potamie ducem camelorū accepimꝰ precium
Et qꝛ ille abbas meus dormierat in dn̄o ad
hec delatus loca me monachis reddo hāc trado
virginibꝰ diligēs eā vt ſororē non tamen me
ei credēs vt ſorori Hec michi ſenex malchꝰ ado
leſcentulo retulit hec ego vobis narraui ſenex
caſtis hiſtoriā caſtitatis exponēs virgibꝰ vir
ginitatē cuſtodire exhortor vos narrate poſte-
ris vt ſciāt inter gladios inter deſerta ⁊ beſtias pu
dicitiā nūq̄ eſſe captiuā ⁊ hominē criſto dedi-
tū poſſe mori nō poſſe ſuperari Et ſic eſt finis.

Mulier quedã ĩ berchelya mãſitabat male
ficijs vt p9 patuit ĩſueta auguriorũ veterum
nõ inſcia gule patrona petulãtie arbitra flagi
cijs nõ ponẽs modũ ꝗ eſſet adhuc vltra ſeniũ
vicino licet pede pulſans ſenectutis aditũ Her
cũ quodã die ꝯuiuaretur cornicula quã ĩ deli
cijs habebat vocali9 ſolito neſcio quid cornicu
lata ẽ Quo audito domine cultell9 de manu
excidit ſimul ⁊ vultus expalluit Et producto
gemitu hodie ait ad vltimũ ſulcũ meũ peruenit
aratrũ hodie audiã ⁊ accipiam grande ĩꝯmodũ
Quo dicto nũci9 miſeriarũ ĩtrauit pcũctata
quid ita vultuoſ9 aduẽtaret Affero tibi ĩquit
ex villa illa ⁊ noĩauit locũ filij obitũ et totius
familie ex ſubita ruina interitũ hoc dolore fe
mina pectus ſaucia cõtinuo decubuit Senci
ẽs ꝗz morbũ prepe ad vitalia ſupſtites liberos
monachũ ⁊ monachã pnicib9 inuitauit epiſto
lis Aduenientes voce ſingultiente alloquitur
Ego filij quodã meo miſerabili fato demonia
cis artib9 ĩſeruiui Ego viciorũ õniũ ſentina
Ego illecebrarũ magiſtra fui erat tamẽ inter
hec mala ſpes veſtre religionis que miſeram
animã palpabat De me deſpata ĩ vobis reclina
bar Vos proponebã propugnatores aduerſ9

demoēs tutores ꝯtra ſeuiſſimos hoſtes Nūc
igitur qꝫ ad finē vite acceſſi ⁊ illos habeo exac
tores ī pena quos habui ꝑſuaſores ī culpa ro-
go vos ꝑ materna vbera ſi qua fides ſi qua pie
tas vt mea ſaltē attēptetis alleuiare tormenta
Et de aīa quidē ſentētiā prolatā non reuocabi
tis Corpus vero hoc modo forſitā ſeruabitis
Inſuite me corio ceruino deīde ī ſartofago la
pideo ſupīate opculū plūbo ⁊ ferro ꝯſtringite
ſup hec lapidē tribus cathenis ferreis magni
pōderis circundate Pſalmicines quīquagīta
ſint noctibꝰ eiuſdē numeri miſſe diebꝰ qui ad
uerſariorū īcurſꝰ feros releuigēt Ita ſi tribꝰ
noctibꝰ ſecura iacuero quarta die infodite ma
trē humo Quāq̄ verear ne fugiat terra me
recipe et fouere ſuiz factū eſt vt precepat illis
magno ſtudio īcūbentibꝰ ſed pro nephas nil
lacrime valuere pie nil vota nil preces . Pri
mis enī duabꝰ noctibꝫ cū chori clericorū pſal-
mos circa corpus cōcreparēt ſinguli demones
oſtiū eccleſie īmani obice clauſū leui negocio
defrīgētes extreās cathenas diruperūt media
qꝫ opoſiꝰ elaborata eāt illibā durauit circa galli
ciniū aduētu oſtiū monaſteriū a fundamētis
moueri viſū ē vnꝰ ceteris terribilior ianuas
maiori vi cōcuſſas infragmenta deiecit Diri-

guere clerici metu ſteterũt qȝ coma ⁊ vox fau-
cibus heſit Ille erroganti vt videbatur geſ-
tu ad ſarcofagũ acceſſit ĩ clamato noĩe vt ſur-
geret inpauit Qua reſpõdẽte vt nequiret pre
vinculis Solueris inquit et malo tuo Statĩ
qȝ cathenã que cetherorũ ferociã eluſerat nul-
lo conamĩe vt ſtuppeũ vinculũ dirupit Operculũ
etiã tũbe pede depulit Apprehẽſam qȝ ma-
nu palã oĩbus ab eccleſia extraxit Ubi pro fori-
bus equs niger ⁊ ſupbus hinniẽs videbatur
vncis ferreis ꝑtergum protuberantibus ſup
quos miſera impoſita mox ab oculis ĩtuẽciũ
cũ toto ſodalicio diſparuit . audiebãtur tamẽ
clamores ꝑ quatuor fere miliaria miſerabiles
ſub ſpecie orãtis Iſta ĩcredibilia nõ iudicabit
qui legerit beati gregorij dialogũ qui refert ĩ
quarto libro nec̃ꝑ hoĩẽȝ in eccleſia ſepultũ a de-
moĩbꝰ foras iactũ apud francos q̃ȝ non ſemel
auditum ẽ ꝙ dicã karolũ marcellũ ĩſignis for-
titudĩs virum qui ſarracenos gallicis ingreſ-
ſos hiſpaniã redire ꝯpulit exactis diebus ſuis
in eccleſia ſancti dyoniſy ſepultũ Sed qȝ patri-
moĩa õniũ pene monaſteriũ gallie pro mer-
cede ꝯmilitonũ mutilauerat viſibiliter a ma-
lignis ſpiritibꝰ ⁊ ſepulchro abreptum .


TIFFEN Gray Scale
© The Tiffen Company, 2007
A 1 2 3 4 5 6 M 8 9 10 11 12 13 14 15 B 17 18 19
R G B W G K C Y M


Inches
Centimetres
TIFFEN Color Control Patches
© The Tiffen Company, 2007
Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black